

De sancto Joanne baptista

uerteris. Et alibi Eccl. vii. Demorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Septimo dicitur esse non falli. sal. enim facit homines sitire. et percat auaricia. sic homo non dicitur esse auarus. quia auaritia est seruitus ydolorum. Item sciendum. ad hostiam consecrandam requiruntur duo principaliter. scilicet intentio consecrantis. et intentio instituentis. Primo requiritur intentio consecrantis. quia si plures hostie ponerentur ad altare ita quod una illarum esset absconsa in medio altaris quam sacerdos ignoraret. tunc illa hostia sic recta non esset consecrata. Ratio est. quia intentio consecrantis ad illam non ferebat. Secundo requiritur intentio instituentis. quia si sacerdos consecraret iocose totum cophinum repletum hostiarum per directam formam verborum nulla esset facta consecratio. quia non fuit de intentione instituentis.

¶ Pro ista nota. bonus pastor dicitur cuius sunt oves proprie. et ponit animam suam pro ouibus suis. ut patet in euangelio. Joh. x. Sic et iam Christus fecit quando obtulit seipsum pro nobis in ara crucis. Item pasce est verbum transitivum tercie coniugationis. Si tunc est verbum deponere tale secunde coniugationis. Si comensales dicuntur hi qui in eadem mensa comedunt. Si coheredes dicuntur illi qui sibi recipiunt aliquam hereditatem et dicitur a con quod est simul et heres quasi coheredes deponendo. n.

¶ Antiqui baptiste christi preconis solennia celebrantes moribus ipsum sequamur. Ut ad vitam (quam precepit) affectus suos perducatur.

¶ Nec sequentia ob reuerentiam et gloriam sancti Iohannis baptiste compilata. In qua autor principaliter tria facit. Primo hortatur nos ad eius solennitatem seu festiuitatem celebrandam. Secundo inuocat sanctum Iohannem. declarando eius naturam. Tercio dirigit petitionem ad ipsum. secunda ibi. Deuoti etc. tercia ibi. Tu qui preparas filium deli. Dies primo nos (celebrantes). id est cum celebritate venerantes (solennia) id est festiuitates (sancti baptiste) scilicet Iohannis (preconis) pronuntiationis (Christi) sequimur ipsum moribus (scilicet) ipse sanctus Iohannes baptista. (perducatur suos affectus). id est sequentes vel seruos (ad vitam) scilicet eternam (quam precepit) predicando. ¶ Notandum scribit Malachie iij. Ecce ego mittam vobis heliam prophetam antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Ad intellectum illius prophetie et notandum quod duplex est dies domini. scilicet dies natiuitatis qui erat dies exultationis et leticie. Secundus dies est iudicii. qui erit dies miserie et damnationis. Et secundum hoc dupliciter credimus fuisse heliam. scilicet heliam in corpore. et heliam in spiritu et veritate. Ille autem duplex dies tangit in verbis predictis. Prima tangit ibi. cum dicitur magnus. dicitur enim magnus propter magnitudinem regis nati. Secunda dies tangit ibi. horribilis. quia illa est dies miserie et lamentabilis. Et hac dupliciter dicitur dicitur duplex helias. Nam prima die percurrit helias in spiritu et veritate. Unde in euangelio. Luc. primo. Ipse precepit ante illum in spiritu et veritate helie. Item Math. xi. Cum Iohannes misisset ad Iesum discipulos ut interrogaret eum. Tu es qui venturus es an alium expectamus. Et respondens Iesus ait illis. Euntes renunciate Iohanni qui audistis et vidistis etc. Illis autem abeuntibus cepit Iesus dicere ad turbas. A diebus Iohannis baptiste usque nunc regnum celorum vim patitur. et si vultis recipere ipsum heliam. qui venturus est. Si secundum dicitur precedet helias in corpore. qui raptus est in paradysum.